

803.

1285 d. 11 Mars.

Kanik CARLS i Skara gäfvobref på Saleby och Faleqvarn till Biskopsbordet i Skara.

A. 3. z. 1: 17.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. Karulus canonicus skarensis. & plebanus ørbyh. Salutem Jn omnium saluatore Tenore presencium jnnotescat vniuersis. tam presentibus quam futuris. Me Curiam Meam salaby. cum Molendino adiacenti dicto faluquern, & ceteris attinenciis. videlicet pratis agris pascuis & siluis. venerabili patri domino. B. . skarensi episcopo suisque successoribus post ipsum. Contulisse iure perpetuo possidendam. Reseruato tamen michi quam diu vixerit ordinacione cum vsufructu. Curie Memorate Jn Cu- ius rei Memoriam longgiorem & Evidenciam plenioram. Cum sigillo Meo. si- gilla venerabilium virorum. dominorum. petri illustris regis swecie cancella- rii. & abbatis de varnehm. ac aliorum discretorum presentibus sunt appensa. Datum Jn claustro Warnehm Anno. dominj. M°.CC°.LXXX°.V°. Jn domi- nica passionis.

Sigillen: N:o 1, andeligt, bibehållt; de öfrige 4 bortfallne.

804.

1285 d. 21 Mars.

Eskilstuna.

Priorens i Eskilstuna Bref rörande INGVARS i Kumla och dess Hustru CATHARINAS gäfva af andelar i Kumla och Spånga emot broderskap och försvar i klostret.

A. 3. b. 1: 5.

Uniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus. Frater Ebbo sacerdos humilis prior sancte domus hospitalis ierosolimitani beati johannis baptiste in eskelstunum totusque conuentus ibidem. Salutem in uirginis filio benedicto. tenore presencium notificamus omnibus presentibus & futuris. Jnguarum. in cumulum & uxorem eius Katerinam ad domum beati johanis baptiste se pariter & bona sua mobilia & inmobilia videlicet horam terre. cum. IIII. denarios in predicta villa &. V. denarijs in spanga cum omnibus suis attinencijs iure perpetuo possidenda irreuocabiliter contulisse illorum here- dum fauore mediante consilioque cognatorum tali autem ordinacione interpossita & prefixa ut dictus Jnguarus & uxor eius in bonis supradictis quam diu simul uixerint sine in omni impedimento habitare debeant libere & quiete, ita ut neque nos nec aliquis successorum nostrorum ipsos ante obitos illorum de dictis bonis ad predictam domum nostram sine illorum concensu & fauore poterit reuocare mortua autem ipso uel e conuerso ipsa liberam habeat eligendi facultatem quid sibi pocius placuerit ad sepedi- tam domum se transferre uel in bonis illis quam diu uixerit commorari.

Notificamus eciam quod nos sepedictum Jnguarum. & uxorem. suam. K. in nostram confraternitatem & tuicionem domus recepisse. Concedentes eis participationem missarum psalteriorum oracionum elemosinarum abstinenciarum omniumque beneficiorum que in domibus nostri ordinis per mundum fiunt vniuersum. Jn super. VII:a. pars eiusdem de iniuncta sibi penitencia ex auctoritate apostolica misericorditer relaxatur. Jn cuius rei testimonium presentes litteras. Sigillo erici estenson atque sigillo prioris Ebbonis & sigillis fratrum nostrorum videlicet fratrī strangonis fratris iohannis jverson. fratris petri. fratris jon. fratris Laurencij. fratris thyrgilli fecimus roborari actum in eskelstunum Anno domini. M°.CC°.LXXX°.V°. Jn die beatj benedictie abbatis.

Sigillen N:o 1, 3, 4, 5, mer och mindre skadade, N:o 2, 6, 7 bortfallne.

805.

1285 d. 14 Maj.

JOHAN ELOFSSONS Bref rörande Kyrke-Otenby på Öland, som lemnas Nydala kloster i utbyte mot klostrets gods på Selaön.

A. 3. x. 1: 56.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Johannes Elauī quondam filius. salutem in domino uiuere & ualere. Rerum gestarum ueritas apud mortales longitudine temporum. & obliuionis nubilo deperiret si non eam posterorum noticie scriptorum memoria commendaret. Innotescat ergo presentibus & post futuris quod nos concambium possessionum fecimus cum monacis Cisterciensis ordinis de domo Noueuallis. Dantes eidem possessiones quas habuimus in Ølandia iusto mercationis titulo. Kiirkio Øtenby cum dominibus & pomerio legali iure perpetuo possidendas. Recepimus autem de predictis Monacis possessiones quas habuerant actenus in insula que uocatur Sila. sitas in uillis quarum hec sunt nomina. silicet Nybyli in qua sunt predia decem orarum. Lunghum in qua predia duorum solidorum. Risom podium unius solidi. & Ernestom predia duorum solidorum que nobis dectero legaliter attinebunt. Ut igitur hoc concambium legaliter inter nos stabilitum firmum robur optineat, Nos huic carte sigillum nostrum appendi fecimus. Cui nichilominus abbas frater Nicolaus eiusdem domus sigillum suum appendi fecit. vt cunctis pateat. Dominum abbatem. N. . conuentum predicte domus & nos in hoc unanimiter unanimiter consensisse. Rogantes dominum. F. Legiferum ut eciam sui sigilli testimonio presentem uelit cartulam robolare Actum anno Domini. M°.CC°.LXXX.V°. pridie idus Maii.

Sigillen bortfallne.